

per in Gallis infideliter edito, quam cæteris rebus nauare operam soleo, eam studiosæ
iuuentuti detrectarem. Est enim in hoc autore non illa solum, quæ alioqui facentes ho-
minum animos ad omnem uitæ honestatem amplectendam excitare solet, admirabilis
antiquitatis effigies, multiplex eruditiois elegancia, & selecta optimorum exemplorū
rum copia, verum maior quedam lectiōis utilitas, quam vulgus hominum animo com-
plectatur. Continet enim varia gentium ordinumq; instituta, admirabilia prudentum
consilia, & ea etiam iurisperitorum senatusq; consulta, quæ hactenus à paucis admodū
sunt intellecta. Quare etiam magis necessaria huius libri est lectio cùm omnibus illis,
qui ingenuarum artium exemplorumq; certas formas seu locos communes sibi colli-
gere student, tum uero iureconsultis, quorum ut solitudinī pro nostra summa ac per-
petua in rem literariam uolūtate opitularemur, curauimus magna fide ac industria pas-
sim ad marginem ipsa legum capita signari, quarum declarationem faceret autor ipse,
quo melius ex ipsis iureconsultorum fontibus lector deprehendat, quantum utilitatis
ad res magnas atq; arduas intelligendas adserat diligens huius libri lectio. Priorē anno
tationes sine animi iudicio, sine ordine temerè uidentur adiectæ, tanquam quidam rea-
rum indices: nos maluimus in describendis legum capitibus, sine quibus intelligi auto-
ris sensus non potest, studiorum commoditati seruire, ut propensum in rebus arduis
conatum nostrum agnoscere possint. Cuius animi nostri fidem iam alteram lectori

hanc esse uolumus, quod cum tota pagina in priore illa editione esset uel
omissa uel turpiter depravata, totusq; liber passim esset plurimis lacu-
nis defecatus, curauimus diligētia maxime ARNOLDI ARLENII
ornatissimi iuuenis, ut ex Bononiensibus bibliothecis solidum
nobis exemplar daretur, ad cuius imitationem nostra
hæc editio effingeretur: quam ob id debet
optimus quisq; boni consulere, q; in
ea paranda nihil nisi utili
tatem communem
simus secutis.
VALE.



Q V A E D E A V T O R I S V I T A E X H I S C E
C O M M E N T A R I I S C O L L I G E R E
L I C V E R I T .

DE ALEXANDRO hoc, nihil à recentioribus Cionçpolo scriptum
comperitur: cùm tamen corum tempore uixerit, quorum uitæ à diuersis
conscripta sunt, nimirum Fran. Philippi, Geor. Trapezuntij, Iohan. Platini, Io-
uani Pontani, Theodori Gaze, Nico. Perotti, Do. Calderini, Hermolai Barba-
ri, Pauli Cortesi, Raphaeli Volaterrani, quos partim Rome prælegentes audi-
uit, partim officio sibi deuinxit, partim etiam quæstionibus propositis (ut fie-
ri solet inter doctos) exercevit. Philephum iuuenis senem obseruauit, illumq; Ro-
me M. T. Ciceronis Thuseulanas quæstiones summo artificio prælegentem audi-
uit. Nicolaum Perottum & Do. Calderinum scribit sua etatæ Martialis apopho-
reta magna emulatione Rome in scholi codem tempore prælegisse. Professione
fuit iureconsultus, in qua eò usq; progressus est, ut & in agro Neapolitano, &
Rome causas sepe defendens ubi & edes ostentis umbrarumq; illusionibus in-
fames se aliquando incoluisse scribit, ac in agro Vaticano prædiolum habuisse.
Tandem ubi in iudicijs gratia & corruptionibus omnia transigi uideret, patro-
nisq; contra uim potentiorum nihil amplius presidij esse, relatio foro, & causa-
rum actionibus, in mitioribus studiis etatæ consumpsit: satius esse dicens, ut
ipse de se inquit, modico cinctuq; cultu contentum uiuere, quā bona animi tur-
pi questu pessimo exemplo sedare.